Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae evangeliae libri quattuor - Cod. Aug. perg. 217

Iuvencus, Gaius Vettius Aquilinus

[S.l.], [9./10. Jahrh.]

Liber tertius

urn:nbn:de:bsz:31-67026

Visual Library

Orare ut mitte[…] […]u[…]atam demoni saevo·
Reddere&. & miser[…] […]et tandem resipisse liceret
Tunc &iam praecibus sectantum discipulorum
Respondit. propriae genitoris mella bibenter
Cogere quas vanus late dispersit error
Crebrius instanti tum talia fatur ihs
Natis quisque suis panem n̄ detrahet umquam
Et canibus iaciet. tum talia femina fatur
Micarum saltem canibus sua portio mensa
Decedet. & nihilo dominorum cena gravatur
Tum dominus loquitur. veniant tibi digna salutis
Praemia. quae fidei meruerunt robora. tantae
Talia salvator verbis & voce locutus
Virginis & mentem discusso demone virtus
Conplet & eam implevit donis fecunda salutis.
Inde galileas repedat salvator in oras
Excelsique procul montis consedit in arce
Hac ut mora conveniunt populi secumque trahebant
Caecos captos oculis. & crurum debile vulgus
Elinguesque alios morbique vocabula mille
Omnibus ille tamen languores demsit amaros
Viribus & validis venerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant
Aeternoque patri laudes gratesque celebrant
Discipulos xp̄s cogens in vertice montis
Secrete adloquitur. plebis miseratio multa est.
Tertia nam terris remeantia lumina solis

Ex quo nullae sibi sumunt alimenta ciborum.
Ieiunam nollim stantem dimittere plebem,
Ne labor afficiat populos per longa uiantes.
Discipuli xp̄o ostendunt septem sibi panes
Esse et pisciculos alimenta ad proxima paucos.
Tum populum iussit terrae per terga cubare.
Quodque fuit totum proprius discerpere palmis
Et cunctae curat mensarum dedere plebi.
Discipuli ponunt aepulas populusque repletur.
Ad satiem dapibus relegunt mox fragmina panis.
Et sportas referunt cumulato pondere septem.
Quattuor et comminfuerant cum milia plebis.
Hec numero quisquam matres puerosque notauit.
Inde magidarum nauis transcurrit in oras. XII.
Ecce pharisei saducaeique dolo si-
Noscere temptantes instant caelestia signa.
Sed xp̄s cernens fallacia pectora fatur.
Conugecum quotiens claudet nox umida caelum
Si rober astrifero procedit uesper olimpo.
Dicitis adueniat uentura luce serenum.
Itemque sub ex ortu solis si tristitia rubro.
Nubila commiscentur confusa luce colori
Dicitis agricolis nautisque uenire fragosam.
Uentorum rabiem tempestatumque furores
Tallaces nostis faciem discernere caeli.
Saeclorum uero nescitis tempora signis
Explorare suis sed uobis signa dabuntur.

Quae maris inmenso quondam uentre profundo.
Belua cum tenuit uentris sub carcere uatem
Haec ait. & propere puppis retinacula soluens
Trans freta contendit rapido conprendere cursu.
Arua philipporum. sociisque haec talia fatur
Sollicite uobis uitentur noxia farra.
Fermentumque ferox uestris auertite mensis
Illa pharisei sadducaeique dolori.
Admiscent aescis. falluntque in nomine panis.
Cur uobis tacita uoluit cunctatio mentis
Proqua parua fides sensu torpente facessit
Dicitis auersi naeui quod tollere panes
Non fuerit uobis uacuum farrisque cauendas
Insidias iubeam. meminisse & scire putabam.
Quod panes quinque plebis mihi milia quinque
Implerent dapibus eo finisque superfluctantis.
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum.
Quattuor & rursus cenaeitum milia panes
Quod facile implerent septem. sportasque referri
Uidistis rursum compl&as reliquiarum.
Sed moneo istorum semper fermenta caueri.
Discipuli tandem uitalia uerba secuti
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam
Inde ubi peruentum liquidi per terga profundi.
Clara filippeo quae pollent nomine rura.
Cogit concilium sacratum discipulorum.
Et quaerit quem se populorum fama putaret

Respondent multa plebis tunc esse loquellae.
Crebrius audisse multos firmare quod esset
Iustus iohannes populos qui flumine lauit
Pars memorans uolucris flamme sibi cognita uerba
hAeliam uenisse iterum quem praepete cursu
Turbine caelestis quondam simulata quadrigis
Astris inseruit rapido uis feruida flamme
Hieremiam dixere alii pars esse prophetam
Tum xpistus cunctis adridens pectore blando
Conquirit quae sit sententia discipulorum
Sed stabilis petrus tu es filius inquid
Xpisti magnifico patris qui lumine conples
Tum dominus fortis respondit talia petro
Petre beatus eris talia pandere certe
Humanus sanguis uel terrae portio corpus
Haud umquam poterit genitoris munera sola
Possunt aequalidum fidei concedere robur
Tu nomen petri digna uirtute tueris — defendis t possides
Hac immole mihi saxi qui in robore pontem
Semper mansuras aeternis moenibus aedes
Infirmis domus haec non est superabile portis — i. insuperabile
Claustrum perpetuo munitum robore habebit
Caelestique tibi claues permittere regni
Est animus terrisque quoque in se relinquet
Arbitrio caelo pariter non dicta manebunt
Soluerit et rursus quae senteni terris
Hac ualiter ueniant caeli sub sede soluta

Sed uos discipuli xpm me dicere cunctis
Pascite quo soli cognoscant talia digni
Iam lux aduenit & properis mihi cursibus instans
Moenibus in solymis rabies cum prona furore
Eximios tantos [uatum] tantos saturauit sanguine nro
Ast ubi lucifluum redd& sol tertius ortum
Consurg& redux pariter redimita salutis
Uita mihi cunctisque dabit [ppria] sua munera terris
Tunc p&rus magno percussus corde dolore
Absint christe tuis inquid tam tristia sanctis
Non stat procul membris. nec fas est credere tantum
Nec tibi tam durus poterit contingere casus
Pr ad haec procul inquid procul effuge demon [n dixit dom suo sed satanas]
Nihil diuina tibi mentem prudentia tangit
Sed terrena sapis mollique tremore timescis
Sed siquis uestrum uestigia nostra sequetur
Abneg& ipse sibi corpusque [animam] recusans
Atque [cruce] causam propriam comitatibus addere nostris
Gaudeat amissam redemit cui gloria uitam
Nam seruata perit [s. in] terris possessio lucis [huius]
Sed quid proficient [s. huius] saecli mortalia lucra
Si damnum subeant uitae lucisque perennis
Uel quae digna queunt animae commercia poni
Filius huc hominis ueni& sub nomine patris
Caelestisque illum fremitu comitante ministri
Stipabunt redd&que hominum [ppria] sua debita uitae
Uera loquor certos istinc sublimine lucis

accipiam
Inueniam caeli fulgens cum regna caepessam.
Haec ubi dicta dedit passus bis terna dierum. xv.
Lumina conuerso umbras transcurrere caelo
Tum secum iubet abreptum conscendere montem.
Petrum zebedeique duos per deuia nectos — i. ioh. et iacob
Inde ubi peruentum secreti montis in arcem
Continuo xps faciem fulgore corusco.
Mutatur uestesque niuis candore nitescit
Respiciunt comites mediumque adsistere sanctis
Heliae moysenque uident. tum talia petrus.
Respice num nobis potius discedere longe.
An sic attente spectacula cernere moles
Conueniat trino tamen hic tentoria uobis
Si iubeas frondes faciam diuersa paratu
Singula sub noctem quae uos aulae receptent.
Talia tum loquitur caelo praefulgida nubis.
Circumiecta oculis uestibat lumine montem
Et uox e medio lucis manifesta cucurrit.
Unicus hic meus est natus mea summa uoluntas
Huius iustitiam iusto conprendite corde
Discipuli pauido presserunt corpore terram
Nec prius e prono uultus sustollere casu
Audebant sco xpi nisi dextera tactu.
Demulcens blandis firmans et pectora uerbis.
Surgite et abiectum forter calcate timorem
Nec cuiquam praesens pandatur uisio uerbis.
Ni prius hominis sobolis speciora reportet
l. uisionis
Horomatis huiusce expertes facite cunctos.

In lucem referens mortis de sede trophea
Consurgunt solumque uident et uoce requirunt
Cur scriptis ueterum scribarum fictio certet
Heliam primum caeli de sede reuerti
Interras Christique dehinc consurgere lucem
Xpistus ad haec uenit et certo sub tempore iustus
Helias reddens mox omnia debita saeclo
Sed siquis credit iam uenerat ante renascens
Ignotum ueluti raebier quem caeca furoris
Emersit laeto mox senior altera caedis
In hominis natu trucibus laniatibus instat
Haec ait et populum repetit montemque reliquit
Ecce sed inflexis genibus fletuque solutus
Vir senior precibus Christum ueneratur adorat
Occidit sobolis hominum lumenque salusque
Te precor horribilem nati de corpore morbum
Proturbas reddasque senis solacia uitae
Hanc cum cursus lunae noctum mihi demonis arte
Torquet et in liquidas deiectum proicit undas
Aut miserum medio proiectum uoluet in igne
Hunc tua discipuli sectantes iussa frequenter
Donis nulla insolidum mihi dona dederunt
Tum Christus magno commotus corde dolore
O gens nullius fidei gens effera semper
Infelicem patior uobiscum me fore terris
Hic ait et puerum mandat perferre parenti
Ante suos uultus tum uocibus pondere multo.

Incubuit mentisque simul convulsa venena
Daemonis horrendi purgato corde fugavit.
Discipuli rogitant cur non successerit illis
Eiusdem pueri totiens temptata medella.
Respondit dominus: latebat quia pectore vestro
Instabilis fidei nutans per lubrica gressus.
Tam sit certa fores credendi portio vobis,
Instar quae minimi possit praestare sinapis,
Istius hic montis poteritis vellere verbo
Inque altas sedes cuncta mirante solvere molem.
Nam genus hoc morbi precibus sine fine fideque
Vulsaque robusti ieiunia pectoris arcent.
Inde Cafarnaum gradiens pervenerat oras.
Convenere Petrum quibus instat cura tributi
Solvere poscentes solitum pro nomine Christi.
Ille sed ad Petrum conversus talia fatur:
Dic inquit reges quorum dependere natis
Externos proprios ve sibi iussere tributa.
Respondit Petrus: alienos solvere certum est.
Cernis at Christus: natum non solvere regis
Sed ne quem laedam praeceptum suscipe nostrum.
In maris undisoni rupis quae prodit in aequor
Scandatur tibi summa Simonhamique profundo
Stamine settarum conexus praecipitetur.
Haeserit et curvo qui primus acumine piscis
Huius pandantur scissi penetralia ventris
Illic inventum duplex dis solve tributum.

interrogant

Discipuli post inde rogant quis maximus alto
In caeli regno meritis pro quaelibi ess&
Tum xps medio puerum consistere coetu
Praecepit & placido doctor sermone profat(ur)
Istius en pueri similem se moribus apt&
Quisq; cupit celsam caeli conscendere sedem
Erroris laqueis saeclis increscere certu(m) est
ed tamen infelix per quem generabit(ur) error
Qui uero e paruis istis deceperit ullum
iscepiat nectat saxu sa colla molum
Praecipitemq; maris sese iaculetur in undas
ec quisquam factu paruos contempserit istos
Horum custodes caelestiq; in sede tuentur
lti throni uultum genitoris sidera supra
Sed si quis pastor cui pascua credita conderent
Centum balantes unam cum forte seorsum
Nescius error hab& questor deserit omnes
nius & totis lustrat uestigia siluis
Illam si magno possit repperire labore
Laetitia inuentae maior tum nascitur agnae
Quam pro cunctarum numero quod nulla recessit
xistis paruis genitor sic perdere quemquam
Non patitur gaudetq; suis increscere regnis
ifratrem proprios delicto commaculatum
Cernis secreto mox dictis corripe solus
itua uerborum patiens moderamina laudat
Laetantis mentem frater lucrabere fratris

intuta solus contemnet uerba reluctans.
Tunc . . celius pariter monitor pia iussa frequentet.
Sed si decutiet doctorum frena duorum.
Tunc ad concilium referantur crimina plenum
Ut populi sceletum secnetur pondere uictus.
Sin et multorum contempserit effera corda.
Sit tibi diuersae mutatus nomine gentis.
Sic namque in concilium semper praesentia nostra.
Adueniet mediumque duum mescere necesse est.
Si uel trium fuerit coetus sub nomine nostro.
Tum petrus quaerit quot fratri errata remittat.
Uel septem lapsus hominum si ferre licebit
Christus prosequitur non septem crimina tantum
Sed decuplata super donentur uulnera fratri
Nam caeli regnum domini praediuitis aulae. XX II. mar
Consimile est numerationem qui sibi poni
Iusserit. et seruum debentem multa talenta
Praecepit abreptum cum coniuge progenieque
Atque opibus cunctis uenaeli nomine sisti.
Tum seruus dominum prostrato corpore adorat
Et spondet spatii sibi fuerit (si foret) ulla facultas
Omnem nummorum domino dissoluere summam.
Commouit dominum famuli miseratio flentis.
Cunctaque transmittum concessit debita seruo
Ille sed egrediens conseruum limine in ipso
Haec . ctur constringit. tum debita inmitior urget.
Persolui precibusque lacum truculentus abegit.

Carceris et mersum tenebris poenisque premebat.
[Q]uae postquam dominus famulorum noscere verbis
Incipit, adductam ingessit iustissima servo
[.]ictae dolens iamque movet iussisque severis.
In tormenta ferum detrusit cuncta revolvens.
[D]ebita dum dignus luerit per vincula poenis
Sic vobis faciet genitor qui culmina caeli
[P]ossidet, in mitis saevo si pectore fratrum
Peccata orantum dure voletis
[T]alia dicta dedit Galilaeaeque arva reliquit
Iudaeamque petit qua pinguia rura silenum
[A]gmine iordanis viridis perrumpit amoeno
Nec minus instructi egros donare salutem
[S]ublimisque patris condere munera praestat
Ecce pharisei temptantes quaerere pergunt
[C]oniugis an liceat retectum scindere vinclum.
Quicquid erit lesi teneat quod corde mariti.
[H]aec ubi percepit, depromit talia Christus
Principio dominus interris paradis patre secu.
[C]onstituit, iussitque uno de corpore necti.
Amborumque animos iunctis inolescere membris.
[Q]uod deus ergo iubet proprio concrescere verbo.
Inlicitum est hominum fedo se cernere luxu.
[M]oyses praecepit, quod pectora dura videret
Scribere discidium quod sic ex ea corda revinci
[P]er proprios apices possint sub iudice flamma
[N]ec temere exsolvit casti qui iura cubilis.

Altera que illius thalamis sociabitur uxor.
Crimen adulterii populo sub teste subibit.
Discipuli referunt urget lex ista virorum.
Servitiique premit non aequo pondere virum.
Et melius fuerit thalamis caruisse per omnis.
Respondit dominus non omnes pondere tanto.
Subicient humeros. lecta sunt talia dona.
Virtutis tanto truncantur corpora more.
Quae nulla gaudent genitalia lege tororum.
Namque alios tales progigni in luminis oras.
Conperimus plerosque hominum vis ferrea secuit.
Exuit atque alios ipsos sibi demere constat.
Pro caeli regnis pronum de pectore amorem.
Quisque capax fuerit tali virtute capessat.
Quod paucis lectisque deus vult pandere munus.
Haec ait et pueros quos gaudens cura parentum.
Cum precibus laeti certatim hinc inde ferebat
Suscipit et plebem sectantum quod prohiberet
Increpat. a tales adfirmat regna mereri.
Aulae caelestis sanctas his ordine palmas
Inponit redditque ulnis portare parentem.
Ecce rede populo iuvenis cui rura domusque
Et gaze stabat rerum possessio fulgens.
Accedit Christumque palam submissus adorat.
O bone praeceptor dic nunc quae facta sequamur.
Ut mihi perpetuam liceat conprehendere vitam.
His auctor vitae tum talia reddidit ihs.

Hunc demum queris. ueteriq; lege tenentur.
Non hominis per ēmis uitam non fur es tectorum.
Inuadis questumue alienis noxia rebus
Venr aut & tua leget non tes ter sed solo queris.
Sit genitor genetrixq; tuo sublimis honore.
Proximus & pu ro prote tibi credat amore.
Ille dehinc istic semper mihi perp&e cura
Obseruata reor sed ne quid forte relictum
Desit praesenti liceat me uoce moneri.
Tum xp̄s fatur nunc si perfecta requiris
Prendere celsis meritis fastigia uitae.
Omnia quae proprio retines solus dominatu
Distrahe & ad miseros confer secernus egentes
Tunc thesaurus erit caeli tibi conditus arce.
Virtutisq; tenax uestigia nr̄a sequeris
Haec adulis certus ueniunt ubi dicta per aures.
Deiecit uultum tristisq; intacta refugit.
Tunc sic discipulis uitae spes unica fatur.
Difficile est terris adfixas diuite gaza (abundanti)
Auelli. caeliq; leues in regna uenire
Ham citius tenuis per acus transire foramen.
Deformes poterunt inmania membra cameli.
Quam queat ut diues caelestia regna uidere
Talibus attoniti comiter stupidiq; silebant.
Voluenter quae tacita for& sub pectore uirtus
Humana talem possit quae prendere uitam
Respic& aeterna iustorum gloria uitae

diuide

III 530
20

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

II 117

Uidit et elegit comitem te sps auctor.
Talibus attoniti sequitur uox nathanahelis
Progenies ueneranda di. rex inclyte gentis
Tu populis terraeq; salus. uitaeq; magister
Xpe facilis suasit tibi credere uirtus.
Arbore quod te uidi recubare sub umbra.
Sed maiora dehinc rerum miracula restant
Cernitis pariter totum rescindere caelum.
Atq; di celeres aetheram penetrare ministros.
Unde hominis nato claram deferre coronam
Inter ea thalamis conubia festa parabant.
In regione chana an. ubi clara mater ihu.
Facto cum pariter conuiuia concelebrabat.
Nam sed inter ea conuiuis defeciebant
Tum mater xpm per talia dicta precatur
Cernis laetitiae iam deficisse liquorem.
Adsint nate bonis sancte data munera mensis.
Illi respondit terrarum gloria xps
Festina genetrix. nondum me talia cogit
Ducitur hominum tempus concedere donec.
Mensarum tunc inde uocat laetata ministros
Mater. et imperiis nati parere iubebat
Sex illic fuerant saxis praepulchra cauatis.
Uascula. quae ternis aperirent illa metris
Haec iubet e fontis gremio complere ministros
Praeceptis parent iuuenes. undasq; coronant
Complet et labiis lapidum. tum spuma per oras.

[C]ommixtas undas aureas adsumma uolutat.
Hinc iubet ut summo tradant gustanda magistro.
Ille ubi percepit uenerandi dona saporis.
Nescius inuini gratum transisse liquorem.
Egestas nuper puteis de fontibus undas
Increpat ignarum sponsum. quod pulchra reseruans.
Deteriora prius per mensas uina dedisset.
His signis digne credentum discipulorum
Perpetuam stabili firmauit robore mentem
Inde ubi iudeis aderant solemnia pasche
Adsolymos direxit iter. temploque subibat
Repperit hic populum uenalia multa locantem
Pars uendebat oues pars corpora magna iuuencum
Pars inhians nummis arte numerare uacabat.
[V]estibus hic xps contexit uerbera flagri
Et tales populos sca proturbat ab aede
Et mensas uertens aeris profundit aceruos
Et super increpitans procul haec auferte profani
Ut meus hic genitor non sordida lucra colantur
Tunc poscens signum plebes iudea fremebat.
Quo fidens animos in talia facta leuaret
Uentura obscuris tum xps talia miscet
[S]oluite pollutis manibus uenerabile templum.
Hoc ego restituam cum tertia lumina solis.
[I]ncipiant rutilam terris infundere lucem
Illi inter sese tractantes murmure caeco.
[S]ocaiunt uix sex et quadraginta per annos.

Constructum ueteris regni molimine templum·
Tu poteris tribus in spatiis renouare dierum
Hoc uerbum quondam post tempora debita digni·
Cognouere uiri proprio de corpore xpm
Delubrum dixisse dī sed signa uidentes
Cum multi cepere fidem semq; secuti· s. sunt
Nocte sub obscuram celso sublatus honore· xIII
Primorum procerum iudei nominis unus principatus
Uenit & ad xpm submissa uoce profatur·
Haud dubium est quod largae dī aeternae uoluntas
Humanis lucem concessit surgere rebus
Nec quisquam tantis tribuit miracula signis·
Ni comitatu dī iubeat splendescere uirtus
Xps ad haec iteris iusti si culmina queris
Nullus caelexcelsum poterit conscendere regnum
Reddita ni penetret nascendi exordia rursus iterum ipsa initia
Atq; nouam capiat diuino munere uitam·
Ille autem tantis stupefactus corda loquellis· s. princeps s. p
Hoc inquit nr̄ae non est conpraehendere mentis· i. intellegere
Quis potest coepta reuocare exordia uitae
Aut rursus senior matris correptet in aluum·
Et nouus in lucem ueniat uitamq; resumat· i. iterum sumat
Ille sub haec· liquido si quis de fonte renatus s. xps post ait s. fuerit
Et flatu scō rudibus consistere membris s. cu in nouis
Coeperit aetheriam liber conscendet in aulam
Terrenum corpus terreno corpore natum est· s. de
Sps hoc et alter similem generat sibi flatum.

85

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sp̄s hic dr̄ est. cui parent omnia mundi
Quo uult quocumq; uolat uocemq; per auras
Iactat. sed nescis quae sint exordia uocis.
Quamq; petant eius currentia flamina partem
Quisq; igitur iuste repetit primordia uitae
Hunc similem sc̄i flatus reuiuiscere certum est.
Et iudeus ad haec. nihil horum cernere possum.
Talia tum xp̄s. solimorum magne magister
Tunc etiam mentem uitae de lumine raptam
Demerges praeceps furuis miserande tenebris.
Nec potes obtunso conprehendere talia sensu
Ecce fides fidei nulla est. tantum terrestria dixi
Quid si cęlestes uires conscendere sermo
Coeperit. et superas rerum conprendere formas
Quis uestrum duram poterit mihi pandere mentem
Accipite ergo nouis quae sit sententia rebus
Sidereum nullus poterit conscendere caelum
Ni solus caeli qui missus uenit ab aula
Idem hominis natus. caeli qui in sede moratur
Ut serpens olim regionibus in desertis
Moysi manibus summo sublatus honore est
Sic hominis natum tolli in sublime necesse est.
Ut quicumq; fidem mentis penetrabilibus altis.
Illius ad nomen statuit. sub turbine saecli
Procul a pedibus letum. et trans sidera surgens.
Sublimis captat donum inuiolabile uitae
Namq; deus mundum tanto dilexit amore.

✝ israhelitarum sublimis gloria gentis.